



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum sola paruipensio, vel despectio sit motium iræ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

cum distinguitur ens a se contra ens ab alio. Sed aduerte Notitia, qd sp subintelligitur bonum subintratum, aliquo pp se diceretur de chimera; qd n est boni no propter aliud, est bonum pp se. Quod si contendat quis, quod sumit pp se positum, manifeste distinguit bonum pp aliud contra nullum bonum non datur n bonum propter se positum, nisi fingatur aliquid quod sit positum finis sui ipsius.

Ad secundum dubium dico, quod non uideo in re, aut i auctore distinctionem specificam in esse nature actuum, qui passionis dnt in uoluntate positum, sed omnes preter tristitiam, ad supra nominatos septem actus. i. uelle, nolle, frui, intendere, eligere, consentire, & uti, reduci putat. Author siquidem superius in quest. 3. art. 2. ad primam particularem conditionem distinguere passionem partis sensitiue, affirmans, oppositumque in parte intellectiua insinuat, amorem & desiderium in parte sensitiua, non intellectiua distinguitur secundum speciem inuicem. & de delectatione in uoluntate, & aliis passionibus idem sensisset, non posuisset fructuonem solam specie distinctam ab aliis actibus uoluntatis, sed tractasset de ea in tractatu de delectatione, cum sit eius spes. Ad naturam autem rerum aspectu modo, scio iram in uoluntate, nisi uelle uindictae & amorem, nisi uelle bonum sibi, uel alteri &c. Tristitiam autem excepi, quia contra eandem generis sum, & eadem est eorum disciplina ac per hoc cum delectatione in uoluntate distinctus sit specie actus a uelle, & aliis actibus, consequens est ut tristitia, que ei est contraria, sit etiam specie distinctus actus a nolle, & ceteris nec propter quoniam & pondus fructuonem ipem per se in uoluntate insinuat tristitiam, oppositorum. n. eade est disciplina: & tra-

Secundo in quantum nocentum aliquod infert alicui, uel sibi uel alteri, quod ad Deum pertinet, prout ille cui nocentum infertur, sub Dei prouidentia, & tutela continetur.

AD SECUNDUM Dicendum, quod irascimur contra illos qui alii nocent, & uindictam appetimus, in quantum illi quibus nocetur, aliquo modo ad nos pertinet uel per aliquam affinitatem, uel per amicitiam, uel saltem per cognitionem naturam.

AD TERTIUM Dicendum, quod id, in quo maxime studemus, reputamus esse bonum nostrum: & ideo cum illud despiciat, reputamus nos quoque despiciat, & arbitramur nos laesos.

AD QUARTUM dicendum, quod tunc aliquis tacens ad iram prouocat iniuriantem, quando uideatur ex contemptu tacere, quasi par uipendat alterius ira, ipsa autem paruipensio quidam actus est.

ARTICVLVS II.

Utrum sola paruipensio, uel despectio sit motiuum irae.

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur quod non sola paruipensio, uel despectio sit motiuum irae. Dicitur n. Dam. \* quod iniuria passi, uel aestimantes pati, irascimur, sed hoc potest iniuriam pati et ab aliquo despectu, uel paruipensione. ergo non sola paruipensio est ire motiuum.

¶ 2. Præ. Eiusdem est appetere honorem, & contristari de paruipensione, sed bruta animalia non appetunt honorem, ergo non contristantur de paruipensione. & tamen in eis prouocatur ira pp hoc, quod uulnerantur, ut dicit Philosophus in 3. Ethic. \* ergo non sola paruipensio uidetur esse motiuum irae.

¶ 3. Præ. Philosophus in 2. Rhet. \* ponit multas alias causas irae, puta obliuionem, & exultationem in infortunio, de auertatione malorum, impedimentum consequendae patriae uoluntatis, non ergo sola paruipensio est prouocatiua irae.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. \* quod ira est appetitus cum tristitia punitionis propter apparentem paruipensionem non conuenienter factam.

RESPON. Dicendum, quod omnes causas irae reducuntur ad paruipensionem. Sunt n. tres species paruipensionis, ut dicitur in 2. Rhet. \* de despectu, epireasmus id est, impedimentum uoluntatis implende, & contumeliatio, & ad haec tria omnia motiua irae reducuntur. cuius ratio potest accipi duplex. Prima

A est, quia ira appetit nocentum alterius, in quantum habet rationem iusti uindictatiui: & ideo in tantum querit uindictam, in quantum uis esse iusta. Iusta autem uindicta non fit nisi de eo, quod est iniuste factum: & ideo prouocatiuum ad iram semper est aliquid sub ratione iniusti. unde dicit Philosophus in 2. Rhet. \* quod si homines putauerint eos qui leserunt, esse iuste passos, non irascuntur: non enim fit ira ad iustum. Contingit autem tripliciter nocentum alicui inferri, scilicet, ex ignorantia, ex passione & ex electione. Tunc n. aliquis maxime iniustum facit, quando ex electione, uel industria, uel ex certa malitia nocentum infert, ut dicitur in 5. Ethic. \* & ideo maxime irascimur contra illos, quos putamus ex industria nobis nocuisse. Si n. putemus aliquos uel per ignorantiam, uel ex passione nobis intulisse iniuriam; uel non irascimur contra eos, uel multum. Agere n. aliquid ex ignorantia, uel ex passione diminuit rationem iniuriae, & est quodammodo prouocatiuum misericordiae & ueniae: illi autem qui ex industria nocentum inferunt, ex contemptu peccare uidentur, & ideo contra eos maxime irascimur. Unde Philosophus dicit in 2. Rhet. \* quod his qui propter iram aliquid fecerunt, aut non irascimur, aut minus irascimur: non enim propter paruipensionem uideatur egisse. Secunda ratio est, quia paruipensio excellentiae hominis opponitur: quae enim homines nullo modo putant digna esse, paruipendunt, ut dicitur in 2. Rhet. \* Ex omnibus autem bonis nostris aliquam excellentiam quaerimus, & ideo quodcuque nocentum nobis inferatur, in quantum excellentiae derogat, uideatur ad paruipensionem pertinere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ex quacunque alia causa aliquis iniuria patitur, quae ex contemptu, illa causa minuit rationem iniuriae: sed solus contemptus, uel paruipensio rationem irae auget, & ideo est pars irae scilicet.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet animal brutum non appetat honorem sub ratione honoris, appetit tamen naturaliter quandam excellentiam, & irascitur contra ea quae illi excellentiae derogant.

AD TERTIUM dicendum, quod omnes illae causae ad quandam paruipensionem reducuntur. Obliuio n. paruipensionis est euidentis signum: ea n. quae magna aestimamus, magis memoria infirmus. Similiter ex quadam paruipensione est, quod aliquis non uideatur contristare aliquem, denuntiando sibi aliqua tristitia. Qui est in infortunio alicuius hilaritatis signa ostendit, ut parum curare de bono, uel malo eius. Similiter est qui impedit aliquem a sui proposito ascensione, non propter aliquam utilitatem sibi inde prouenientem, non ut multum curare de amicitia eius; & ideo omnia ista in quantum sunt signa contemptus, sunt prouocatiua irae.

ARTICVLVS III.

Utrum excellentia irascentis sit causa irae.

AD TERTIUM sic procedit. Videtur, quod excellentia alicuius non sit causa, quod facilius irascatur. Dicitur n. Philosophus in 2. Rhet. \* quod maxime aliqui irascuntur, cum tristantur, ut infirmi & egentes, & qui non habent id quod concupiscunt, sed omnia ista ad defectum pertinent. ergo magis facit prouocare ad iram defectus, quam excellentia.

¶ 2. Præ. Philosophus dicit ibidem, \* quod tunc aliquis maxime

ctando de delectatione & tristitia, expref se tradidit tristitiam contrariam delectationi in uoluntate, ut pater superius in quest. 3. & sic si decem & septem supradictis addantur duo actus. i. nolle, & tristitari, erunt in uniuerso actus decem & nouem appetitus distincti specie i esse nature, comprehendendo sub fructuone oem delectationem uoluntatis.

\*Cap. 3. non prouocatur a fructuone. i.

\*c. 5. & 8. to mo 5.

\*cap. 3. circa med. to. 6.

\*c. 2. no princ. tom 6.

\*c. 2. circa med. tom. 6.

\*c. 2. a med. tom. 6.

\*c. 2. a med. tom. 6.

\*c. 2. a med. tom. 6.

\*c. 2. a med. tom. 6.

\*c. 2. a med. tom. 6.

\*c. 2. a med. tom. 6.

Infr. art. 3. & 4. corp.

lib. 2. Orth. fid. c. 16.

c. 3. cir. med. to. 6.

c. 3. tom. 6.

c. 3. in princ. to. 6.

c. 3. paulo post princ. tom. 6.